DECRETA SY
DIOECESANAE
FLORENTINAE.

Habita in Metropolitana Ecclesia die XVII. Mensis Maij. MDCXXIIII.



FLORENTIAE,

Apud Bartholomaeum Sermartellium, & Fratres.

MDCXXIII.

Superiorum Permissu.

ALEXANDER MARTIVS MEDICES

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS Gratia Archiepiscopus Florentinus.


Venerabilibus Fratribus Metropolitanę Florentinæ Ecclesiæ Canonicis, eiusdemque Diœcesis Parochis, cęterisque Clericis S.



OMnipotens Deus varios in Ecclesia militanti distinxit ministrorum suorum gradus, sed præcipuè eos doctrina, morum probitate, ac pietate voluit eminere, quibus animarum salutem procurandum commisit. Nos enim instituit vt dona, & sacrificia pro populo offerrent; regnique Cęlorum clauibus, ipsius aditum fidelibus patefacerent, sed cum debeant ii, qui ad tam sublimia obeunda munera eliguntur, immaculatos se custodire ab hoc seculo, vt eorum sa-

 crificium,

crificium, & quicquid in animarum ſalutem egerint acceptabile fiat; idcirco ex Sacrorũ Canonum preſcripto ſancitum fuit, vt quotannis Diœceſana Synodus ab Epiſcopis celebraretur, ad malos, in Clerum quandoque illapſos, emendandos mores, diuinum augendum cultum, & Eccleſiaſticam reparandam diſciplinam. Quod ſanctum inſtitutum cum ſacroſancto œcumenico Tridentino Concilio renouatum fuerit; ideo illius decretis inhærendo preſentem Synodum habuimus. Vos igitur omnes in Domino rogamus, vt officium veſtrum illius Maieſtati exhibere ſtudeatis, memores, eiuſdem Altiſsimi ore maledictos eſſe, qui opus Dei negligenter præſtiterint. Quærentes igitur non quæ veſtra ſunt, ſed quę Ieſu Chriſti, in timore, & humilitate ſeruiatis illi, vt eius ſpiritus ſuper vos requieſcat, & laborum veſtrorum fęliciter curſu conſumato, ęternę vitæ prœmium conſequi mereamini.



DECRETA SYNODI
Diœcesis Florentinæ,

Habita in Metropolitana Ecclesia die XVII. Mensis Maii MDCXXIII.



De Prædicatione Verbi Dei.

PRAECIPIT sancta Synodus Plebanis omnibus, quod nisi in propria Ecclesia per se ipsos Dominicis, & aliis, quadragesimali tempore, festis diebus, populo dum ad sacrum audiendum conuenerit, Euangelium explanauerint, concionatorem ab Ordinario approbatum ad hoc munus eligant, aliàs eiusdem Ordinarii arbitrio mulctentur.

De sacris vestibus, aliisq; huius generis non vendendis Iudæis, nec ab eisdem apud se retinendis.

CAlices, sacræ vestes, ornamenta, & habitus, quibus ecclesiasticæ personę ad Missæ sacrificium peragendum, & alia diuina exercenda vtuntur;, sicuti etiam Iesu Christi, Deiparæ Virginis, ac Sanctorum imagines nullo pacto Iudæis vendantur; ipsis inflicta pæna emptarum rerum amnissionis, ac solutionis dupli, quo fuerint extimatæ, quoties huic edicto contrauenerint: eadem quoq; sub præmissa pœna apud se, quouis titulo, non retineant.

De

De cultu diei festi S. Zenobii, & aliorum Sanctorum diuinis celebrandis officiis.

FEstum S. Zenobii Episcopi Florentini diem in vrbe tantùm in virtute sanctæ obedientiæ coli præcipimus: deinceps quoque fiat in hac nostra diœcesi ex Bulla Sanctissimi D. N. D. Gregorii XV. officium de S. Ioachimo Confessore sub ritu duplici die 20. Martii. De S. Brunone Confessore sub ritu semiduplici die 6. Octobris: & in ciuitate solum die 23. Augusti de Beato Philippo Confessore Ordin. Seruorum Beatissimæ Mariæ Virginis Florentino habeatur ex Bulla Pauli Papæ V. commemoratio; ac de S. Philippo Nerio etiam Florentino Confessore, die 26. Maii officium sub ritu duplici fiat.

De Sacramento Pœnitentiæ.

COnfessarios, qui eos quorum confessionem audiunt ad inhonesta, turpiaue quomodolibet perpetranda suaserint, vel cum eis egerint (quæ omnia Deus auertat) beneficiis, officiisq; eo ipso suspensos, & audiendarum confessionum munere priuatos, perpetuisq; addictos vinculis, cum antiquis constitutionibus sancta Synodus declarat.

De Collatione Beneficiorum Ecclesiasticorum.

BEneficium ecclesiasticum, & si adeo tenue, vt eius redditus omnibus computatis ad summam quadraginta aureorum non ascendant, deinceps in titulum conferri debeat, ne Ecclesia curata suo Parocho destituatur.

De Habitu Clericorum.

SVſpenſionis pœna duorum menſium ipſo facto incurrenda imponitur clericis domo egredientibus abſq; veſtibus clericorum; ſi id fecerint in contemptum, in vrbe permanſerint; populi adſit frequentia, vel longius à domeſticis parietibus progrediantur; ſacrorum etiam canonum iniungitur obſeruantia.

De Monialibus. Cap. Primum.

CLerici ſi licentiam ab Ordinario impetrarint alloquendi aliquam Monialem, ſi dum loquuntur cum ipſa, vel aliis, pro quibus alloquendis licentiam obtinuerint; altera, vel plures de re aliqua interrogando acceſſerint, poſsint abſque excommunicationis incurſu reſpondere.

Cap. Secundum.

IN virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pæna excommunicationis præcipit ſancta Synodus omnibus Abbatiſsis, Prioriſsis, & aliis Monaſteriorum præfectis vt ter in anno ab Illuſtriſſimo Antiſtite, vel eius Vicario confeſsarium extraordinarium enixè petant.

De Confratriis laicorum ruralibus.

RVrales laicorum Confraternitates quæcumque die feſto Corporis Chriſti, ad Plebaniam ſub qua exiſtunt propriis ſocietatis veſtibus indutæ accedant, vt tàm ſacræ proceſſioni inſeruiant; pæna duorum aureorum Confraternitati cuilibet quoties deliquerit, indicta, Monaſterio Conuerſarum mulierum applicanda.

De Ca-

De Constitutionibus.

PRouincialis Florentinæ Synodi constitutiones sub Illustrissimo, & Reuerendissimo Iulio Mediceo S.R.E. Cardinali, & Archiepiscopo Florentino, ac postmodum Summo Pontifice Clemente Septimo, anno 1517. editas, & à Leone Papa Decimo iterati diplomatis munime proboratas, vnà cum declarationibus, deinde a Florentino Archiepiscopo pro tempore emanatis; nec non aliàs tam sub Illustrissimo Antonio Altouita, & Alexandro Mediceo Cardinali, & Archiepiscopo Florentino, ac postmodum Leone Papa Vndecimo habitas, quam sub Illustrissimo Alexandro Marsio Mediceo præsenti Archiepiscopo breuisq; promulgatas constitutiones, edicta, decreta, & reformationes quascumque obseruari præcipimus, quatenus Sac. Sanc. Tridentini Concilii decretis, aut constitutionibus Pontificiis, aut præmissis hisce synodalibus non aduersentur. Monentes per eas, & alias prædicta: tunc tamen noua induci peccata mortalia, quoties violentur ex contemptu, aut apposita sit in eis excommunicationis, suspensionis, generalisuè interdicti pœna, vel adsint verba, districtè, aut in virtute sanctę Obedientiæ pręcipimus, mandamus, iniungimus, cæteraq; his similia. Præsentes vero constitutiones post duos menses a die earum publicationis robur obtinere decernimus, & ad earum inuiolabilem obseruantiã exindè omnes obligari volumus.

De Examinatoribus.

EXaminatores in qualibet Synodo, qui ei satisfaciant, & ab ipsa probentur, ex pręscripto Sac. Sanc. Tridentini Concilii ab Episcopo proponi debent, qui ad sancta Dei Euangelia iurent, se omni humana affectione postposita, succedente cuiuslibet Ecclesiæ vacatione fideliter examinis munus ad eam gubernandam eligendorum executuros: ad id autem, ob Diœcesis amplitudinem, omnes infrascripti approbati fuerunt.

Adm.

Adm. R. D. Archidiaconus Floren. pro tempore existens.

Adm. R. D. Archipresbyter Floren. pro tempore existens.

Adm. R D. Decanus Floren. pro tempore existens.

Adm. R. D. Præpositus Floren pro tempore existens.

R. D. Laurentius Capponius. *R. D. Franciscus Norius.* *R D. Cosmus Mannuccius.* *R. D. Petrus Carnesecchius.* *R. D. Petrus Paulus Bonsius.* *R. D. Paulus de Paulis,* *R. D. Alexander Strozza.* *R. D. Angelus Martius Medices.* *R. D. Vincentius Rabatta.* *R. D. Vincentius Rondinellius.* *R D. Nicolaus Cinius.* *R. D. Cambius de Anselmis.* *R. D. Alphonsus Strozza.* *R. D. Pandulphus de Ricasolis Baronibus.*	Canonici Florentini.

R. D. Cammillus Pandulphinius Prior Insignis Collegiatæ Ecclesiæ S. Laurentii de Florentia.

D. F. Ioannes Vincentius Donius Eques Hyerosolim. Sacræ Theologiæ Doctor.

Adm. R. D. Decanus Floren. pro tempore existens.
Adm. R. D. Præpositus Floren. pro tempore existens.

R. D. Michael Datus.
R. D. Antonius Bartolinius.
R. D. Eques Andreas Toualia.
R. D. Laurentius Capponius.
R. D. Cosmus Mannuccius.
R. D. Petrus Carnesecchius.
R. D. Petrus Paulus Bonsius.
R. D. Paulus de Paulis,
R. D. Alexander Strozza.
R. D. Eques Angelus Martius Medices.
R. D. Vincentius Rabatta.
R. D. Cambius de Anselmis.
R. D. Nereus de Iacopis.
R. D. Laurentius Vbaldinius.
R. D. Antonius Gondius.
R. D. Thomas Cellesius.
R. D. Vincentius Martellius.
R. D. Iulius del Riccio.
R. D. Ginus Gianfigliazzius.

} Canonici Florentini.

R. D. Cammillus Pandulphinius Prior S. Laurentii.
D. Antonius Ciocchettus Proth. Apost. & I. V. D.
D. Angelus Monosinus Prothonot. Apost. & I. V. D.

De noua Congregatione pro admittendis Sacerdotibus ad Confessiones, & aliis ad arbitrium Illustriss. Archiepiscopi pertractandis instituenda.



NStituatur deinceps Congregatio aliquot sacrę Theologiæ professorum, & Iuris vtriusq; peritorum, quorum sit munus, Sacerdotes tam sæculares, quam regulares, præuio diligenti examine, ad audiendas fidelium confessiones ammittere: piis, & probatis viris energumenos exorcizandos committere, & aliis pro tempore sibi ab Illustrissimo Presule, vel eius Vicario proponendis, & ad commu nem Diœcesis vtilitatem pertractandis, ac decidendis sedulò ad esse: huius autem congregationis deputatorũ nomina hæc sunt.

Adm. R. D. Horatius Quaratesius Præpositus Florent.

R. D. Laurentius Capponius.	Canonici Florentini.
R. D. Franciscus Norius.	
R. D. Petrus Carnesecchius.	
R. D. Petrus Paulus Bonsius.	
R. D. Alexander Strozza.	
R. D. Vincentius Rabatta.	
R. D. Vincentius Ronainellius.	

R. D. Cammillus Pandulphinius Prior S. Laurentii.
P. Magister Ignatius del Nente Ord. Prædicator.
P. Cosmus de Pazzis Societatis Iesus.
P. Philippus Maria Guadagnius Ord. Teatin.

De

De Deputatis ſuper impoſitionibus Fluminum.

NVper fuit Apoſtolica auctoritate prouiſum, duos vel tres ex clero tam ſeculari, quam regulari eligendos fore, qui pro Eccleſiis, locis piis, eccleſiaſticiſq; perſonis fluminum impoſitionibus præſint; ad hoc igitur deputantur.

R. D. Laurentius Capponius. } Canonici
R. D Ioannes de Ricaſolis. } Florentini.

P. Abbas Abbatiæ Septimi Ord. Ciſtercienſ. pro tempore exiſtens.

De Xenodochiariis, & Reuiſoribus piorum locorum.

ELiguntur infraſcripti vt Ordinarii nomine iux. Sacrorum Canonũ, & Tridentini Concilii decreta ſingulis annis a piorum locorum adminiſtratoribus rationem ſuæ adminiſtrationis exigantur.

R. D. Mutius Cortigianius Canonicus Florentinus.

D Philippus Fontanius Canonicus Sancti Laurentij de Florentia.

De Teſtibus Synodalibus,

SAcris Canonibus ſancitum eſt vt in ſingulis Synodis plures eccleſiaſtici viri ętate, ac pietate graues deligantur, qui inquirere debeant an aliquid cõtra animarum ſalutem in vrbem, & diœceſim irrepſerit, & quod correctione, aut reformatione dignum nouerint, Illuſtriſſimo Pręſuli, vel futuræ Synodo proponere: ad hoc ergo tam pium munus exequendum deſtinati ſunt.

R. D. Philippus del Migliore Canonicus Florentinus.

R. D. Cosmus de Bartolis Praepositus Emporien.

D. Antonius Ciocchettus Prior S. Remigii.

D. Ioannes de Niccolais Prior S. Simonis.

D. Petrus Bondelmontes Plebanus Impruneta.

D. Tholomeus Nozzolinius Plebanus S. Agata de Mugello.

D. Ioannes Simon Tornabuonus Plebanus S. Stephani in Pane.

D. Petrus de Martinis Plebanus de Sexto.

D. Ioannozzus Actauantes Plebanus S. Ippoliti Castru Florentini.

D. Thaddeus de Nasis Plebanus S. Donnini de Villa Magna.

D. Ioannes Cauinius Plebanus Sancti Ioannis de Misileo.

D. Carolus de Romanellis Plebanus S. Maria de Dicomano.

D. Ansidonius Guerrinius Plebanus S. Ioannis in Petroio.



De

De doctrina Christiana & Visitatoribus locorum in quibus edocetur.


Nstruantur populi in doctrina Christiana, & ideo in hac vrbe deputantur infrascripti tres Sacerdotes, qui Parochias omnes, necnon etiam Confraternitates laicorum ad hoc erectas, quoties expedire videbitur, visitent, vt Ordinario referant an inibi doctrina christiana doceatur: In Ecclesiis verò, & laicorum confraternitatibus ruralibus, ad id inuigilent Plebani; ipsi verò visitandi erunt ad idem ab alio Sacerdote, cui ab eodem Ordinario demandatum fuerit, qui autem deliquerint arbitrio eiusdem Ordinarii puniantur. Parochi etiam, & alii hęc nostrę rudimenta fidei docentes, sæpius perlegantiis, quorum instruendorum curam geruntur, Bullas Sum. Pontificum magnas Indulgentias concedentium eadem addiscentibus populis, ad hoc autem in Ciuitate munus exercendum electi sunt.

D. Laurentius Robbius Sacræ Theologiæ doctor, Abbas S. Siluestri terræ Hyoppellii.

D. Bartholomæus de Gallis I. V. D.

D. Braccius Michelozzius.

FINIS.

FLORENTIÆ

Apud Bartholomæum Sermartellium, & Fratres.
MDCXXIII.

Superiorum Permissu.